

Infrã, res Ecclesiæ. ationis jaculo percussit. Quisquis igitur res... Ecclesiasticas (quæ dona Dei sunt; quoniam à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur, quæ ab eodem gratis accipiuntur, & ideò gratis dari debent) propter sua lucra vendit, vel emit, cum eodem Simone donum Dei possideri pecuniã existimat. Idem, qui eadem res non ad hoc, ad quod instituta sunt, sed ad propria lucra munere lingua, vel indebiti obsequii, vel pecuniæ largitur, vel adipiscitur, Simoniacus est; cum principalis intentio Simonis fuerit sola pecuniæ avaritiã, id est, idololatria, ut ait Apostolus Paulus: Alioquin, cur sancta Synodus Calchedonenfis dcxxx. Episcoporum, Procuratorem, vel Defensorem Ecclesiæ, vel quemquam regulæ subiectum adeò per pecuniã ordinari prohibet, ut inventores quoque tanti sceleris anathematizet, nisi quod eodem Simoniacos iudicet? Quod si præfati milites Ecclesiæ ob huiusmodi scelus taliter percelluntur, nemo sapiens negabit non militantibus Ecclesiæ multo damnabilius ob hanc causam, id est, emptiõnem, vel venditiõnem, debere percelli. Sed & Beatus Prædecessor noster Paschalis de Consecratione affirmat, quòd quisquis eorum alterum vendiderit, sine quo alterum non provenit, neutrum inventum derelinquit: ac per hoc eum, qui rem Ecclesiæ vendit, vel emit, Simoniacum esse intelligitur.

demnat eos, qui Ecclesiæ Beneficium interventu pecuniæ Sup. ead. q. 7. acquirunt, & eos, qui sacram manũ impositionem (per c. si quis Episcopus, quam Spiritus Sanctus conferunt) mercari dignoscuntur. Scopus. Utrosque enim autoritate inexpuenabili, illos à Beneficio, istos à sacro Ordine jubet expelli. Unde Humani generis Redemptor omnes ementes, & vendentes de templo ejiciens, cathedras vendentium columbas evertit, Nummulculariorum effudit as, præcepti sui autoritate denuntiã, & dicens: Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis. §. 2. Illud quoque in eodem facto sollicitè considerate, quòd per totum textum sancti Evangelii nusquam reperitur Dominum tanta feveritate, tam distracta censura iustitiæ, peccantes corripuisse, cum non solum eloquio increpans, verum etiam factò flagello de funiculis verberans omnes eliminavit de templo; aperte demonstans, quòd tales Negotiatores, non sicut cetere peccatores sunt corripendi, sed à templo Dei, id est, à sancta Ecclesiã longius sunt projiciendi. Nam sicut per columbarum venditores illi denotantur, qui sacram manũ impositionem vendere conantur; sic per Nummularios, Ecclesiastici Beneficii Venditores designantur, qui domum Dei, teste Evangelio, speluncam Latronum efficiunt. §. 3. Quapropter fero Alexander sancte Romane Ecclesiæ, & Apostolicæ sedis Episcopus (immò Minister indignus) tot & tanta mala in multis Ecclesiis, & maxime in Luceni Ecclesiã, ex iniqua concupiscentia fieri conspiciens, ne sanguis iniquorum à districto Iudice de manu nostra requiratur, illa extirpare, & penitus eradicare decrevimus. Constitutum itaque, & presentè Decreto firmamus (sicut olim nostri Decretores fecisse noscuntur) ut nullus deinceps Beneficium, beneficium Ecclesiæ (quòd quidam Canonicam, vel Præbendam, seu etiam Ordinem) pro aliquo pretio, vel munere Clericis audeat umquam conferre: sed omnes Ministros, & Servitores Ecclesiæ gratis, & absque ulla venalitate in sancta Ecclesiã student ordinare. Nec eligant in domo Domini, qui majores sacculos pecuniæ conferant; sed eos, qui moribus & disciplina, atque scientiã divites, pro officio suo ipsam valeant sustentare Ecclesiã. Constitutum, & eodem modo firmamus, ut nullus cuiuscumque gradus Clericus pro Ecclesiã beneficio aliquid audeat conferre, aut fabricare Ecclesiarum, vel donari Ecclesiarum, seu etiam quod pauperibus sit tribuendum; qua (teste Scripturã) qui aliquid male accipit, ut quæ bene distinetur, potius gravatur, quam juvatur. Quòd si aliquis Divinorum præceptorum, & animarum salutis immemor, præfatum Beneficium Ecclesiã, iniqua cupiditate ductus vendere, vel emere temerario ausu præsumperit, sicut in Calchedonenfì Concilio definitum est, gradus sui periculo eum subjacere decernimus: nec ministrare possit Ecclesiã, quam pecuniã venalem fieri concupivit, & insuper terribili anathematis mucrone perfossus (nisi resipuerit) ab Ecclesiã Dei, quam lætat, modis omnibus abscindatur.

Sup. ead. q. 7. c. si quis Episcopus. Infrã xvi. g. 7. c. pervenit. Polyc. l. 4. tit. 11. Ezech. 3. al. Canon. Nicens ex Arabico vers. c. 49. h. al. Canon. cas. al. Ordinationes. Suprà ead. p. 1. c. non est putanda. Polyc. l. 3. tit. 11. Suprà ead. q. 1. c. Presbyter, hoc idem tribuit Gregorio, quòd hic Paschali II. Et fortasse Paschalis hoc, ut multa alia, accepit à Gregorio VII. quæ ipse innovavit. In Polycarpo lib. 3. tit. 11. citatur ex Concilio Toletano. PITH. Altare. Sigebert. an. 1100. in MS. Fabri. Item INNOCENTIUS II. in Synodo Romana, c. 2. [an. 1139. Romæ.] Careat honore malè acquisito, qui Ecclesiastica beneficia pro pecuniã investire tentaverit. SI quis Præbendam, vel Prioratum, seu Decanatum, aut honorem, vel Promotionem aliquam Ecclesiasticam, seu quolibet Sacramentum Ecclesiasticum, utpote Chrisma, vel oleum sanctum, & consecrationes altarum, vel Ecclesiaram, interveniente execrabili ardore avaritiæ pro pecuniã comparaverit; honore malè acquisito careat; & Emptor, atque Venditor, & Interventor notâ infamiæ percellantur: & nec pro passu, nec sub obtentu alicujus consuetudinis antè, vel post à quoquam aliquid exigatur, vel ipse dare præsumat; quoniam simoniacum est: sed liberè, & absque diminutione aliqua, collata sibi Dignitate, atque Beneficio, & perfruatur.

Suprà ead. c. salvator. debere docens sanctus Urbanus ait: Quisquis res Ecclesiasticas (quæ dona Dei sunt, quoniam à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur; quæ ab eodem gratis accipiuntur, & ideò gratis dari debent) propter sua lucra vendit, vel emit, cum eodem Simone donum Dei possideri pecuniã existimat. Hæc sunt ex Epistola Urbani II. quæ refertur supra, c. salvator. Verba autem antecessoria multaque reperta sunt: quamvis familia quadam, dissimili tamen sententiã, legantur in Epistola B. Urbani I. In aliquot veteris Gratiani exemplaribus Caput hoc sic citatur: Item Beda ex Epistola Urbani Papæ: quod non coheret.

III. Item IN AFRICANO CONCILIO, c. 14. legitur. [imò in Carthagenfì III. c. 48. an. 397. in Africa.] Et Carthag. III. c. 48. De Infantibus, qui ab Hæreticis baptizantur. Placuit de Infantibus, qui ab Hæreticis baptizantur; ne quod non suo fecerunt iudicio, cum ad Ecclesiã Dei in salubri proposito fuerint conversi, parentum illos error impediãt, quomins promoveantur sacri altaris Ministri. IV. Item IN EODEM, c. 24. [an. 424. ibid.] De eodem. Qui apud Donatistas parvuli baptizati sunt, nondum sciunt valentes erroris eorum interitum, & postea quam ad ætatem rationis capacem pervenerunt, agnita veritate falsitatem eorum abhorrentes, ad Ecclesiã Dei Catholicam per univèrsam Mundum diffusam, ordine antiquo per manũ impositionem recepti sunt; tales ad suscipiendum munus Clericatus non debet impedire nomen erroris. V. Item LEO IV. Ebrunio, & Adelfrido al. tertius. Episcopis. [fortè c. an. 850. Romæ.] Consanguineorum maleficia in nullo Clericis obijunt, nisi consensu fuerint. Via Præsulatus nostri (quod bene notis) magistrum non solum de Sacerdotio, verum etiam de secularium utilitatibus debet esse sollicitum; propterea Fraternitatem vestram scire volumus, hunc præsentem Presbyterum ad sedem Apostolicam venisse, nobisque violentiam, & excommunicationem suam per ordinem retulisse: quòd etiam sine iusto Legis tramite illi sua fuisset ablata Ecclesiã, similiter indicavit: quam alius dato munere Sacerdos zelo ductus invidiæ usurpare præsumpsit. Inde parentes ejus magno dolore compulsi Presbyterum illum, qui suam tenente Ecclesiã, mox comprehenderunt, & ei oculos eruerunt. Tamen ipse sæpe dicit Sacerdos dicit, quòd absque sua voluntate, & sine ejus consilio hoc fit peractum. Quòd si ita est, ut ipse nobis suo ore restatus est; nobis magno pre providendum est, ut si canonice ipse excommunicatus non est, Canonica super eum fiat remissio. VI. DIGESTIS tit. de panis, l. crimen. Lib. 43. tit. 19. l. 26. Crimen, vel poena paterna nullam maculam filio infligere potest. Namque unusquisque ex suo admisso forti subijcitur, nec alieni criminis successore constituitur. Idque divi Fratres Hierapolitanis rescripserunt.

ECONTRA Dominus ad Moysen: Ego sum Deus te lotes, qui vists peccata patrum in filios usque in tertiam, & quartam generationem: licet non iniquitate iudicii, sed magnitudine clementiæ Augustinus asserit hoc dictum, ita dicens: [In tertia, & quarta generatione peccata patrum non se Dominus comminatur in Lege filii redditurum, non iniquitate iudicii, ut alii peccent, & alii puniantur; sed magnitudine clementiæ: dum semper expectat ad penitentiam; & quod in prima generatione deliquit, in

AN FILIUS SIT CRIMINIS REUS, QUOD EO IGNORANTE PATER COMMISIT. QUÆSTIO IV. Nunc ergo de quarta Quæstione est pertractandum; an patrum crimen huic imputetur, quod eo ignorante constat admiffum. Quod ignorantia hunc excuset, multorum autoritatis probatur. At enim I. AUGUSTINUS, Epist. 48. ad Vincentium. [c. an. 408. in Africa.] Alienum crimen, nescientem non maculat. Nullius crimen maculat nescientem. II. Item EADEM EPISTOLA. [c. an. 408. ibid.] De eodem. Quis locus innocentis relinquitur, si alienum crimen maculat nescientem? Pars I.